N. 1009

Sit omnibus notum. Quod Ego Bernardus Columbe filius condam Petri Columbe et nepos condam Petri Badayoni. bono animo et libera voluntate et propter multa et
maxima serviciaque grata que michi diu fecistis. cum hoc presenti titulo. solvo et diffinio tibi Berengario Rubei de Calidis et tuis et cui vel quibus tu volueris perpetuum.
totum ipsum mansum integre cum omnibus suis pertinenciis et tenedonibus et omnibus arboribus cuiuscumque generis sint. qui vocatur Cruylla. quem avus meus condam consuevit com-
morans Petrus Badayonis habebat per monasterio Sancte [Marie de Solsona] iacentem barchie in parrochia Sancte Marie de Calidis. Quem dictum mansum tibi integre. solvo et diffi-
nio tibi et tuis omnes querimonias atque postulaciones tuas omni tempore semper pace et tranquilla. ad habendum et tenendum et libere possidendum. cum introitibus et exitibus suis
et cum omnibus suis pertinenciis tenedonibus et possessionibus tam montibus quam planis. tam torrentibus quam lapidariis. et cum omnibus oliveriis et arboribus que ibi sunt
vel erunt cuiuscumque generis sint. disvestiendo inde me atque meos presentes et futuros ad presens. et te et tuos investio et induco incorporalem possessionem
et irrevocabilem. tamquam tuam tuorumque propriam cum hoc presenti titulo offerro et semper tibi et tuis valituro. Cedendo tibi et tuis omnia iura mea corporalia et
incorporalia que michi vel meis in hiis quocumque modo competunt aut competere possunt. voce vel successione condam commemorati mei avi Petri Badayoni.
ad omnes tuas tuorumque voluntates faciendas. sine vedeto et retentu mei meorumque et ullius hominis et femine. Et ut maiorem obtineat tibi et tuis semper
firmitatem atque securitatem. accepi a te et tuis propriis manibus numerando pro hac solucione et diffinicione. mille. quingentos solidos. denariorum bone monete
barchinone valentis marcham argenti. lxxxviii. solidos. et quorum summam in presentiarum percepi. omni exceptioni non numerate peccunie et non habite
rei penitus renuncio. Cedendo tibi et tuis ad omnes tuas tuorumque voluntates faciendas quicquid hec solucio et diffinicio plus valet aut valebit precio
predicto. Ne igitur ego nec aliquis pro me vel nomine meo possimus umquam in aliquo hoc predictum venire contra. nec repugnare. et iuro ad hoc certa
et consulta sciencia pro me et meos omnibus auxiliis iuri et consuetudini et minoris etatis. et precepto domini pape sive Regis. et cunctis aliis person-
penitus renuncio. Intelligatur tamen in hiis iure et dominio domus Sancte Marie de Palau. Datum est hoc. viii. idus Novembris. Anno domini. M. cc. xx. viii.
Sig+num Bernardi Columbe predicti qui hoc ut predicta sunt laudo et firmo. Sig+num Raymundi Bruni. Sig+num Michaelis de Aurivaco. Sig+num
Dalmacii de Podio alto. Sig+num Petri de Mondiri. Sig+num [illegible] de Calidis [illegible]
Sig+num Berengarii de Rossera notarii publici Sabatelli qui hoc confirmo.
Sig+num Margarini qui hoc scripsit precepto B. de Rossera notarii publici Sabatelli. cum literis rasis et emendatis et suprapositis in linea. viii.
Die et anno quo supra.

1

1591 U

y lo mas ... de cal...

Valles

95-101

P0900/61

Nº LXXVIII

Nº 1657

Nº 3400

1225

GOBIERNO DE ARAGON